1

Decretum Reformationis post peractã per Nos Michaëlem Joannem Zienkowicz Episcopũ Vilnensem Generalem Visitationem Ecclesiæ Præpositalis Osmianen. ad notitiam Illmi et Rndmi Dni Boguslai Corvini Gosiewski Episcopi Smolen. Decani Prælati Cathedralis Vilnen. utpote huius Ecclesiæ Præpositi Actualis, circa eandem Ecclesiam relictũ Anno Dni 1732. Die Septimâ Mensis Martij

Quoniam non sine Dolore Animi nostri, Hanc Ecclesiam quidem Notabili Dotatione congruisq Proventibus, à pijs Fundatoribus provisam et locupletatam, nihilominus præ alijs Ecclesijs, (Quas adiuvante Domino hoc tempore visitavimus) longe desolatiorem abiectiorem et Ruinosam, quinimo omni suo Decore destitutam sub tempus nostri adventus reperimus. Proinde non reformationem in existentibus eius necessitatibus scribendã sed potius Deffectus in Regestro præsenti specificandos censuimus Quorum ut notitiam Illmus Præpositus suprafatus habere possit hæc sequentia annotamus. Et quidem

1mo Altare magnum vix aptum pro celebratione missæ Sacrificiorum quia præter Portatile congruum nullo alio honesto, circumspectum apparamento, quinimo in postumentis, et tota structura proximam minatur Ruinã.

2do Similiter aliud Altare ad Cornu Evangelij existens ob extremam suy desolationem ad nullum usum est aptum nec ullo vestitu coopertum.

3tio Reliqua altaria absolute desunt, quinimo nec vestigia eorum reperiunt.

4to Fons baptismalis cum vase minus competenti sine Baptisterio et olea Sacra sine armario, in Angulis Ecclesiæ abiectus absq omni honestate asservat.

5to Suggestus seu Ambone non modo miserrima et inhonesta verum etiam adeo debilis et non fixa, ut sine periculo in eam ascendi impossibile

6to Scamna quæ sunt simplicissimæ structuræ ea tamen funditus disiecta et Ruinata,

7mo Pavimentum per totam Ecclesiam penitus dilapsum, confusum, quod nec saltem terra simplici et arena complanatũ totum foveis plenum.

8vo. Similiter suffitus per totam Machinam prima, ab ingres su Navis disiectus et foraminosus.

9no Fenestra omnes quotquot illa sunt singula earum ex cusso eiecta et in Locum Vitri et plumbi neutra exijs vir gultis et tribulis, intertexta altera ventis et nivibus va cuo exposita

10mo Janua Ecclesia, nimirum principalis ab ingressu ab solute deest, et in Porta seu loco illius Ingressus, lignis pu tridis fere in'gruentibus intervalata, altera vero a par te in eodem porticu totaliter debilis et fracta, reliqua vero utpote ad Porticum Sacristia alysque in locis de sunt absolute

11. Chorus Principalis a fundamentis dilapsus et fun ditus ruinatus.

12. Muri Structura ipsius Templi tam ab infra quam supra notabiliter obruti, similiter Columna, Parietes eiusdem Fabrica sustentantes uti ab intra ita ab extra in solis Ruderibus vix existunt

13tio Fornices funditus obruti ultimam etiam Fundamen tis Ecclesia minant Ruinam.

14to Organa vulgo Puzytew quidem miserrima neque ad ea providet Organarius

15. Caemeterium circum circa ex Sepimentis disiectum et libero transitu Iumentorum Suppositum

16. In Sacristija quamvis apparamenta Ecclesiastica nimirum apparatus et alia vestimenta, honesta repe riantur nihilominus Pluviale albi vel alterius Coloris mixti non est. similiter ex Argenteria prater duos Calices cum Patenis et Pixidem congruentem in Ciborio nihil amplius reperitur quinimo Tabernaculum mon stratorium summe necessarium deest.

17. Turibularium nec saltem aeneum habetur.

18. Capella Sancti Spiritus, non i'ne dotatione et obli gatione fundata; funditus absque omni attendentia et circumspectione, desolata: Ruinata nec ulla honesta et Speciali, tuitione munita, instar Deserta Domus repe ritur, nec capax repationi iudicata

19. Officia Divina nimirum Matutinum Vesperæ necnon missa in Cantu via aliquando, imo Matutinum modo Dieb[us] Festivis, etiam Solemnioribus absolvit, quæ ob defectum Organarij et Cantorum ecclesiasticorum intermituntur.

Quibus omnib[us] ut Ill[ustrissi]m[us] Ep[isco]pus Prakibat[us], utpote huius Loci Præposit[us], pro pietate sua, et erga Decorem Domus Dei Benevolentia; ex proventib[us] hujusmodi Beneficij subvenire digneť necnon Securitati Structuræ Eccl[esi]æ alijs necessitatib[us] ejusdem (prout in punctis superi[us] annotatis) providere non gravet: non modo Eius A.R.D. Commendarium, sæpius has necessitates suæ D[omi]nationi recordaturum ab eademq[ue] opem et auxilium ad effectum præmissorum imploraturum obstringim[us], verum etiam Nos ipsi præmissa negotia huius Ecclesiæ Eidem Ill[ustrissi]mo Præposito fraterne recommendam[us].

Denique quia Inventarium rerum eccl[esiastica]rum, eius Fundationum Dotationum, Bonorum, Proventuum, legationum, Prædiorum aliarumq[ue] pertinentiarum ac exinde provenientium obligationum pro tempore conficere non valuim[us] (ex quo omnia Documenta ad manus Ill[ustrissi]mi Præpositi existunt) ideo ut illud cum omnib[us] annexis et connexis, conficiatur et ad acta Visitationis n[ost]ræ, pro futura rerum memoria offeratur, exposcim[us].

Pro ultimo. Ad[modu]m R[evere]ndum D[omi]num Mathiam Pietkiewicz huius loci pro tempore Commendarium, quatenus cum applicatione meliori Devotionib[us] insistat, Doctrina cathechetica pro erudiendo Populo incumbat, nitorem Domus Dei observet Curam animarum diligenter exequat, serio obligamus. In quorum Fidem præsentem notationem manu n[ost]ra subscriptam pro meliori Valore sigillo nostro communiri mandavim[us]. Datum Oszmianæ Anno Die ut supra.

Michaël Episcopus.

Est in actis
Hieronymus Szymkowicz
actorum Curiæ suæ Ill[ustrissi]mæ
Celsitudinis necnon Perillis
Eiusdem Visitationis notarius m[anu] p[ropria]